Ms. 41

zu Brief 162
mit versetzten Teilen (Br. 298 und 303)

Reihenfolge nach Mitteilung von
Dr. Reinhard Bodenmann, Genf, 5.I.98

(1) Bezae de rebus Galliae
(2) S. Reversus e Gallia
(3) [XII, 162] parum admodum
(4) Heque enim
(5) Illud autem
(6) ut opus

Kopie nach Genf, BPU, ms. lat. 118, Bl. 8-11
Ed. Correspondance de Théodore de Bèze,
Bd. 3, Genf 1963, p. 71-77.

pam admat. de prestina audacia et feroca remittentibus
Guisanis, et nostris contra adversus illorum potentia non satis
tutis. Regina mater sibi in primis cavit, nec difficile illi
fuit ijs temporibus a Rege Navarra quidvis impetrare, Ita
factum, ut illo concedente, primas gubernationes regni partes
ab eo temp obtinuerit, ea conditione ut Navarrenus ab illa
sit secundus. Additum ut nihil, nisi ex comitij sententia
deinceps decernerent. Ab eo comitio nec Guisiani fratres, nec
qui nihilo not aequiores sunt remoti, sive metu, sive prudentia
factum. Allecti sunt tantum aliquot regij sanguinis proceres, et alij postea nonulli, Iussus est Constabilis munus suum
obire, item Admiralius ut antea, maritimis rebus, et Andelotius
pedestribus totius Galliae copijs pesse, quae oia p tui solebat Guisiani administrari. Ea res magnopere noti profuit, quoniam moxmiena p universa regna dispositae. Sed et illud diuinitus contigit,
ut mors Regis in ea tempis articula incideret, quo iussae fuerant
singulae Galliarum provinciae suos legatos Aurelia mittere ad statum,
qui vocat, conventum, ut hostes nri pteggebant, sed revera ut eius
sine alla exceptione authoritas, quasi p totius regni consensu ad
Guisianos transferretur, Convenerunt ergo ad 13 Decemb; tuius
statum Legati, idest, Ecclesiastici, Nobilitatis, et Plebeiorum, etiam
reges et deleti ipsio concilio. Habuit longa oronem Cancellarius, in
qua initio quid pulchre multa de antiquo regni statu disseruit,
sed mox aulicum suum ingenium prodidit, Iussi sunt postea singuli status
seorsim convenire, et deleto a singulis integre, sua gravamina intra
dies aliquot proponere, Fuerat aut expresso regis edicto cautum
Nonse Novembris, ne quis de religione verbum alium faceret, adeo
modis omnibus offerebat sese illi carnifices, ut indicta causa damnaremur
quum audiissent maxima eium ordinum partem p singulas provincias negotium religionis apud regem urgere constituisse, Hic vero
mihi considera Cardinalis infracta impudentiam.

S

Reversus e Gallia, et vera patria, singulari tuo fere restitutus,
scripsi ad te satis prolixè, de tota mea profectione, et quis tu
ret Galliarum Ecclesiæ status; Neq; dubito qui tibi redditæ sint
meæ tuæ, utpote quas Linero nostro comisi. Ecce verò desperatis
pene rebus omnibus, repente Dnus Deus noster re ipsa declaravit
quanto illi cari essemus, sublato Francisco nō minus miraboliter
quā Henrico, ac magis ~~[illegible]~~ ut opinor, opportunè. Nam si diu
tantū sex supervixisset, ac ~~[illegible]~~ de rebus omnibus, et tū quidem,
ut nulla remedij spes superesset. Erat enim Status [illegible] tus ad
decimū Decemb: indictus, quo die futurum erat [illegible] ulla alia
disquisitione præceps Condeti, et regis Navarræ fratres capite mul-
tarentur; Rex frater in arce Lochiensi, Conestabilis in Biturigum
Turri, perpetuæ custodiæ causa detinerentur. Postea convocati fuisset
Status ut postremo Galliæ libertatis funeri interessent, Compare-
isset enim Cardinalis, invisus, omnium ac singulorum noxio, qui turcmi-
bus omnibus et gravissimis plerisq; omnia hæc Regi testificarentur id
omnibus rata habere, omnes illi gratias agere, omnes ad quævis obsequia ce
paratos, si modo hæreticos illos extrema interneciione tolerent.
Erant aut ea antea p universum regnum sparsæ militares copiæ,
ijs delectis duribus quos certum esset nihil crudelitatis omissuros,
simul ac impetu esset; Imo strenui armiferos, funesto illo
die nō exspectate, nulla nō crudelitate in Delphinatu, et tota
Hæbonensi provincia exercuerunt: Itaq; quū nulla ea humana
auxilia superesset et infiniti omnium ordinum et ætatis mortales,
gladiis ea haberent intra iugula, Ecce Dnus Deus noster revi-
vificavit, et miserabile illud pueru nō minus fede quam inexpectato
mortis ense sustulit. Mortuo nullus ut regi honor habitus, ne
ab ijs quidem qui illum tam habuerunt adeò sibi obsequentem. Dum
tantū delecti equites cadaver ad Dionysij fanum absq; ulla solemni
pompa deducta patrius tumulo inierunt, adeò ut nunc vulgato
proverbio canatur. Ut hæreticus more sepultus Ut hæreticus
hostis. Interea, mortuo rege, magni in aula motus fuere,

Francisci obitus opportunus.

Folio. 298/303.

gr 162 XII 290.

Hoc cum dubitaret varijs artibus conari, ut communibus proceres
legatorum suffragijs deligeretur communis tunc statum regni Oza
interpres, qua ipsius audacia, qua nobilitas et plebs magno
repulisset, indignatus ille ne sua quidem certia patrocinia suscipere voluit
Substitutus est aut in eius locum Quintinus quidam, homo loquacul, et
valde ineptus, Iuris Canonici in Parisiensi academia professor. Pro Nobi
litate dixit quidam à Rupefoti, pro plebe quidam in Burdigalensi
Senatu causidicus. Recensentur cum in plebe quidam, at in nobilitate ut
in certia no consent. Habuerunt hi singuli suas oc. publicè, sedente
Rege et deliberante ipsius concilio, Calendis Januarijs. Pro Quintinus quem illo
multa inepte dixit, multa inpie, illud aut plane impudenter, quod
Admiraldus ut nostris partibus faventes apti ausus est accusare. Plurima
en, urbitate ipsa agente, permisceri in totius certiastici illius ordinis
dedecus, Nobilitate ferunt valde fortiter et libere loquuta, sed plebs in
primis graviter et copiosè disseruit de rerum omnium perturbatione, de intole
rabili quorundam potentia, de expilato erario, de Nobilium rapinis, de
Religionis contemptu, de certiastorum luxu et sordibus, de veri doctrin
ae et disciplinae restitutione, adeò ut omnes audientes valde promoverit.
Civitatis tunc postea per Cancellarium acta sunt omnibus, addito mandato ex
Regij concilij sententia, ut ea illa scripto comprehensa intra dies aliquot
penes regium concilium deponerent, comodum sup. omnibus responsum habituri,
Is fuit illius actionis exitus. Parverunt status, sed nondum responsum tum
ferunt, spratur aut no iniquum fore. Ita omnia ad causa religionis. Statum
tum initio certia singula binos legatos mittere, qua in hac contu
publicè, vel cum certo mortis periculo, Regi exponerent, in qua ta calamitate
immeritò versarent. Hoc cum resumisset Cardinalis, repente promulgandum
illud edictum curavit, quo, proposita supplicij forma, vetabatur quisquis de
religione verbum facere, cuiq; videlicet cognitio futura quando integra
relinquetur. Ita sunt fracta nostra consilia, quibus omnium nullus penitus
locus relinquitur. Ecce verò, audita regis morte, omnium animi repente erigi
cepunt, multi egitur varijs ex locis, in aula confluxerunt qui Navarreni
officij admonerent, et libellos supplices reginae matri exhibent. Crevit
quoq; tunc status legatis amus, atq; ita factum, ut nulla causa frequen
tius vel maiore contentione sit actitata.

Illud aut urbanitate tua noto profuit, quod Amizaldus unus inter
eos proceres apti utra religionis professui cepit, et modius ipse
apud Reginam instare ut nostri ratio haberetur. Hegz illi difficile fuit
nolentem illum Quintinum retinere, adeo ut optima in summa moerens
fuga sibi consuluerit. Valet omnino ille πολλῶν ἀνάξιος
ἀλλῶν, et Zelo et prudentia maxima, et sua dignitate egregio
tuetur. Altera vero ex parte certum est Guisianos paulatim deferere,
et sua spente concidere, Itaqz Cardinalis cum tribus fratribus
nos in Lotharingia sua est dissessurus. Duces Guisiani puto
id unum in aula ma suum. Sed spero deum efficturum, ut re ipsa ex
pialur votum illud proverbium, ὃ δὲ κακὸν τοῦ κακοῦ
σοφώτερον κάνισθε. In summa tria potuerunt nostri. Unum ut in libera
et sancta Synodo de ea nostra ex verbo dei agnoscat. Alterum
ut captivi eos vel propter religionem, vel propter seditionem, ut
adversarii nostri falsò vocant, dimittant, sine ulla abjuratione
nisi spere, et superiorum omnium dictorum et factorum ἀμνησία
constituatur. Tertium ut tantisper dum de re tota semel deli
berat, impune liceat nostris, ad verbum dei audiendum, et ad
ministranda sacramenta convenire, additis tamen conditionibus
quas Regis concilio placuerit, ut eius suspicio seditiosorum omnem
tum tollat. Hanc supplicationem scriptam ad nos Regina et
Amizaldi manu accepta promisisse se concilio exhibituram, et
magna eium spes est, non eia hac concessa iri, modo privatim
locis et sine tumultu pauci simul convenient. Ad concilium qual
attinet pontifex ad proximum pascha Tridentum illud indixit.
Factum Regis concilium petere conditiones, quas retulit illud nunqz
concessum. Ita speramus fore, ut evanescant illius conatus. Quod
si qua libertatis spes Gallis concessa fuerit, frustra ceteri
illo suum Concilium postea ejusmodi conditionibus obtulerunt, adeo
omnibus patent illius insidiae. Sed quoniam adhuc ea
sunt in spe posita, regardius est noto doctus, si unqz aliqs

Petita Reformatio in Gallia.

Concilium Tridentinum.

1 q. 03

ut opus tam feliciter una ipsius inchoatum, absoluat. De principe
Condeti nihil adhuc est constitutum, nec constituetur, nisi dimisso statim
conventu. Tarda est ei potestas eundi in piredium sub libera custodia.
Inde non dubium est quin mox accessurus, et optima spes est causam ipsi
sicut iustissima est, optima exitum habituram. Servet Deus a hostium
fraude et in probitate Hanazzeum, et eos illos quibus veritatem suam
patefecit. Itaque futurum spero, ut Gallia tandem ore et nomine ut
re Christianissima habeat. De rebus nostris alias te ut opinor,
coe nostras. Scripsi his diebus dialogos adversus te magnum, quos ad
te mittam, fatebor Deo, simulatqz fuerunt excusi, ac jam sis iam
mittere nisi Catarrhus qui me pessime urget, cum scriptionis labore
coegisset intermittere, adeò ut ab octo diebus nihil peritus pertra
has unas tras, et eas quid, invito medico, scripsem. Itaqz te
rogo quandoquidem valetudinem non licet tam multa singulis amicis
scribere, ut tu superiores meas tras, quas tibi Lingenus noster
reddidit, tu etiam istas, cum D. Ambrosio Blanco, quam primum
fieri potuit, communices. Quod superest, Deum rogo ut sanctis tui
laboribus, magis ac magis adiuvet. D. Martyrem, D. Caltenum,
D. Gesnerum, et ceteros plurimum observandos fres, rogo ut meo nomine
salutes. Rumor esset sparsus de mea in Gallia profectione vanus
est ut alia infinita, quae saepe in causa sunt cur varius scribam,
quemadmodum mira est hominum audacia, in novis quotidie confingendis, et
tamen malo ad tempus, quam cito vanus deprehendi. Bene vale
Genevae 22 Januarij

Tuus Beza.

f. 162. 298.

Belgen. de Rebus Gallie